



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano accommodata

Hermann Werner <Paderborn, Bischof>

Paderbornæ, 1753

Modus Baptizandi parvulos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36023

deant, quos pie ac decenter assistere, ac prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere, ad moneat.

Et quoniam iis, qui baptizantur, tanquam Dei Filiis in Christo regenerandis, & in ejus militiam ascribendis nomen imponitur, curet, ne obscœna, fabulosa aut ridicula, Deorum inanum, vel Ethnicorum nomina fidelibus imponantur; sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, & Patrociniis protegantur.

MODUS BAPTIZANDI PARVULOS.

PARochus ad baptizandum infantem requisitus, prius inquirat, quinam sint designati Patrini; plures enim, quam duos, eosq; Catholicos, admittere non convenit. Obstetricum cum puero & Patrinis horâ constitutâ Parochum in foribus Ecclesiæ expectet. Et Parochus vultu ad orientem verso baptizandum, contra se statuat, positum super brachium dextrum levantis: si duo sint baptizandi, masculus & fœmella, statuat masculum ad dextram, fœmellam ad sinistram, & prius quam solemniter incipiat baptizare, interroget ab obstetrice, an baptizaverit infantem, quâ forma & materia &c. Deinde incipiat, signando se Cruce.

In Nomine Patris, † & Fi† lii, & Spiritus † Sancti. Amen.

S. Begehrt ihr, daß das Kind getaufft werde?

R. Ja Herr.

S. Kennet das Kind. R. N.

Antwort mir von des Kinds wegen auf meine Fragen.

S. N. Widersagest du dem Teuffel?

R. Ich widersage.

S. Und allen seinen Wercken.

R. Ich widersage.

S. Und aller seiner Pracht und Hoffart.

R. Ich widersage.

S. Glaubst du in Gott den Vatter allmächtigen Schöpffer Himmels und der Erden?

R. Ich glaub.

S. Glaubst du auch in Jesum Christum, seinen einigen Sohn, unsern Herrn, der empfangen ist vom H. Geist, geboren aus Maria der Jungfrauen, gelitten unter Pontio Pilato, gecreuziget, gestorben, und begraben, abgestiegen zu der Hölle, am dritten Tag wieder aufstanden von den Todten, auffgefahen zum Himmel, sitzet zu der Rechten Gottes des allmächtigen Vatters, von dannen er kommen wird zu richten die Lebendigen und die Todten.

R. Ich glaub.

S. Glaubst du auch in den H. Geist, die H. allgemeine Christliche Kirch. Gemeinschaft der Heiligen, Vergebung der Sünden. Auferstehung des Fleisches. Und ein ewiges Leben?

R. Ich glaub.

Deinde sacerdos ter lenitet sufflet in faciem infantis, & dicat tantum semel.

Exi ab eo (vel ab ea) immunde Spiritus, & da locum Spiritui Sancto paraclito.

Facit, signum Crucis pollice in fronte & in pectore infantis, dicens.

Accipe signum Crucis, tam in fronte † quam in Corde † fume fidem cœlestium præceptorum, talis esto moribus, ut Templum Dei jam esse possis.

Oremus.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum **N.** (vel hanc electam tuam (si sint plures)) hos electos tuos) Crucis Dominicæ impressione signatum perpetuam virtute custodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam) **N.** quem (quam) ad rudimenta fidei vocare, dignatus es, omnem cœcitatē cordis ab eo (ea) expelle, dirumpe omnes laqueos Sathanæ, quibus fuerat colligatus (ta:) aperi ei Domine Januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus (ta), omnium cupiditatum foetoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum, lætus (ta) tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus (ea) efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde benedicat salem, si non sit benedictus, alias sæpius ad eundem usum deservire potest.

Exorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis † & in charitate Domini nostri Jesu Christi † & in virtute Spiritus Sancti †, Exorcizo te per Deum vivum, † per Deum verum, † per Deum sanctum, † per Deum qui te ad tutelam humani generis procreavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis, sanctificando sanctifices, † & benedicendo benedicas, † ut fiat omnibus fumentibus perfecta medicina, permanens in visceribus cordis eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

Deinde parum salis immittat in os infantis, si plures sint, ad singulos repetatur, dicens.

N. Accipe salem sapientiæ, propitiatio sit tibi in vitam æternam,

R. Amen.

S. Pax tecum.

R. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus Patrum nostrorum, Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum (hanc famulam tuam) respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo repleatur cœlesti, quatenus sit semp̄er spiritu fervens, spe gaudens, tuo semp̄er nomini ferviens. Perduc eum (eam) Domine quæsumus ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Exorcizo te, immunde spiritus, In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus sancti, † ut exeas & recedas ab hoc famulo Dei (ab hac famula Dei) **N.** Ipse enim tibi imperat maledicte, damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit. Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero; da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc famulo Dei (ab hac famula Dei) **N.** quia istum (am) sibi Deus & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam fontemq; baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice infantem signat in fronte dicens.

Et hoc signum sanctæ Crucis † quod fronti ejus damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Mox imponit manum super caput infantis.

Oremus.

ATERNAM ac justissimam pietatem tuam deprecor, domine sancte, Pater omnipotens, æterne deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam) **N.** ut digneris illum (am) illuminare lumine intelligentiæ tuæ: munda eum, (am) & sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus (a) gratia baptismi tui effectus, (ta) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum dominum nostrum. **R.** Amen.

Ad circumstantes.

Deweil unser lieber Herr und Heyland die Kindelein zu ihm zu bringen befohlen hat, damit dann diß Kind zu ihm komme, und in Ewigkeit von ihm nicht wieder abgeschieden werde, wollen wir Gott anrufen, und vor selbigß betten ein Bather unser, Englischen Gruß, und Christlichen Glauben.

Oret clara voce latine vel germanice, quibus finitis, dicet.

Exorcizo te omnis spiritus immunde, In Nomine dei Patris omnipotentis, † & in Nomine JESU CHRISTI, Filii ejus, domini & Judicis nostri, † & in virtute Spiritus Sancti, † ut discedas ab hoc plasmate dei **N.** quod dominus noster ad Templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat Templum dei vivi, & Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem

Chri.

Christum Dominum nostrum, qui venturus est Judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. **R.** Amen.

Deinde Sacerdos digito accipit de saliva oris sui, & tangit aures & nares infantis dicens,

Epheta, quod est, adaperire: *tangit aurem dextram:* in odorem suavitatis, *tangit nares:* tu autem effugare maledicte diabole: *tangit aurem sinistram,* appropinquabit enim Judicium Dei.

Hic ponit extremam partem stolæ super caput infantis dicens.

Ingrede **N.** in Templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. **Amen.**

Ubi peruentum fuerit ad fontem.

Begehret ihr daß dieses Kind getauffet werde?

R. Ja Herr.

Repetantur hic priores interrogationes.

Intingit pollicem in oleo Catechumenorum, & infantem ungit in pectore & in Scapulis dicens.

Ego te linio † Oleo Salutis † in Christo Jesu † Domino nostro, in vitam æternam. **Amen.**

Deinde abstergit pollicem & inuncta loca,

Sac. Wilt ihr daß das Kind getaufft werde?

R. Ja Herr.

Rennet das Kind.

R. N.

Tum levante uno vel utroq; infantem tenente, Sacerdos accipit aquam ex fonte, & ter fundit super caput infantis dicens.

N. Ego te baptizo in nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus sancti † **Amen.**

Si vero cognoverit infantem esse baptizatum ab obstetrice, & omnibus ritè examinatis judicet eum re baptizandum, utatur hac formula.

N. Si non es baptizatus vel baptizata. Ego te baptizo in nomine Patris, † & Filii, † & Spiritus sancti † **Amen.**

Mox intingit pollicem in Sacro Chrismate, & ungit infantem in vertice capitis, non in fronte, dicens.

Deus omnipotens, & Pater domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aquâ, & Spiritu sancto, quiq; tibi dedit remissionem omnium peccatorum.

Ipse te liniat † Chrismate salutis, in eodem Christo Jesu, domino nostro in vitam æternam. **R.** Amen.

Imponit baptizato linteolum loco vestis candidæ dicens!

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam. **R.** Amen.

Hic Parochus deterfis manibus cum aliis discedit à baptisterio ad Altare expectans puerum, quem revestitum portant ad Sacerdotem, qui guttulam vini ori infantis infundit, dicens.

Hujus vini perceptio sit tibi in salutem æternam corporis & animæ. **Amen.**

Deinde dat Patrino ardentem cereum dicens.

C

Acci-

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi baptismum tuum: serua Dei mandata, ut cum dominus venerit ad nuptias possis occurrere ei, unà cum omnibus sanctis in aula cœlesti, habeasq; vitam æternam & vivas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Vade in Pace † & dominus sit tecum. Amen.

Postremo si necesse videbitur moneat Paternos.

Sun ermahn ich euch als Gevattern, daß ihr diß Kind, mit welchem, wie auch seinen Eltern ihr anigo in nahe Freundschaft getretten seyd, euch last anbefohlen seyn, daß ihr selbiges, wann die Eltern saumig würden, oder absterben, das Vatter unser, Englischen Gruff, Glauben, Sehen Gebott, und gehorsam der Catholischen Kirchen, lehret, und unterweist in allem, was zum Gehorsam der Kirchen und seiner Seeligkeit vonnöthen seyn wird.

Si infans vel adultus ita graviter laboret, ut periculum imminet, ne pereat, antequam baptismus perficiatur, Sacerdos, ommissis aliis, eum baptizet fundendo aquam super caput ejus dicens, **Ego te baptizo** &c. Si aqua baptismalis ob periculum haberi nequeat, utatur simplici, & si habeat Chrisma, eum liniat in vertice.

Deus omnipotens &c. dabitq; ei linteolũ: **Accipe vestem candidam** &c. ut supra, ac demum det ei lumen accensum. **Accipe lampadem** &c. si postea supervivat, ritus omisi suppleantur.

Curet Parochus moneri Parentes ne infantes secum habeant in lecto, propter periculum oppressionis, sed benè custodiant, & opportunè ad Christianam disciplinam instituant.

Commonendi etiam sunt, si opus, ne filios Judæis aliisque infidelibus vel hæreticis mulieribus ullo modo lactandos vel nutriendos tradant.

Antequam discedant ex ecclesia in libro ad id pararo annotentur nomina Parentum, Patrinorum, & baptizati.

Si adultus vel adulta ad baptismum veniat, servetur modus baptizandi adultos, ut præscribitur in Rituali Romano.

Benedictio Fontis Baptismi extra Sabbatum Paschæ & Pentecostes,

si aqua defecerit.

Primum lavatur & mundatur vas Baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum suis Clericis cruce, duobus cereis, thuribulo & incenso cum vasculis olei catechumenorum & chrismae præcedentibus vadit ad fontem & incipit Lytanas majores omnium Sanctorum, vel eas quæ habentur in Sabbato sancto, & ante versum, **ut nos exaudire digneris**, dicit bis, **ut fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere † & consecrare † digneris**, te rogamus audi nos. Et dicto ultimo Kyrie eleison dicit. **Pater noster & Credo.** Clara voce totum his finitis.

V. Apud te est domine fons vitæ
R. Et in lumine tuo videbimus lumen
V. Domine exaudi orationem meam
R. Et clamor meus ad te veniat
V. Dominus vobiscum
R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto magnæ pietatis tuæ misteriis, adesto Sacramentis, & ad recreandos novos populos, quos tibi fons baptismatis